Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8188
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



penas ventorum. Et posuit tenebras latibulum su
um in circuitu eius tabernaculum eius: tenebrosa aqua in nu
bibus aeris. Pre fulgore in conspectu eius nubes transierunt
grando et carbones ignis. Et intonuit de celo dominus et
altissimus dedit vocem suam grando et carbones ignis. Et mi
sit sagittas suas et dissipauit eos: fulgura multiplica
uit et conturbauit eos. Et apparuerunt fontes aquarum: et re
uelata sunt fundamenta orbis terrarum. Ab increpatione
tua domine: ab inspiratione spiritus ire tue. Misit de summo
et accepit me et assumpsit me de aquis multis. Eri
puit me de inimicis meis fortissimis et ab hiis qui oderunt
me: quoniam confortati sunt super me. Preuenerunt me in
die afflictionis mee: et factus est dominus protector meus. Et
eduxit me in latitudinem saluum me fecit quoniam voluit me.
Et retribuet mihi dominus secundum iusticiam meam: et secundum purita
tem manuum mearum retribuet mihi. Quia custodiui vi
as domini: nec impie gessi a deo meo. Quoniam omnia iudicia
eius in conspectu meo: et iusticias eius non repuli a me.
Et ero immaculatus cum eo: et obseruabo me ab iniquita
te mea. Et retribuit mihi dominus secundum iusticiam meam: et
secundum puritatem manuum mearum in conspectu oculorum eius. Cum
sancto sanctus eris et cum viro innocente innocens eris. Et
cum electo electus eris: et cum peruerso peruerteris. Quoniam tu
populum humilem saluum facies: et oculos superborum humiliabis.
Quoniam tu illuminas lucernam meam domine: deus meus illumina te
nebras meas. Quoniam in te eripiar a temptatione: et in deo
meo transgrediar murum. Deus meus impolluta via eius
eloqua domini igne examinata: protector est omnium sperantium in se.
Quoniam quis deus preter dominum: aut quis deus preter deum nostrum. De
us qui precinxit me virtute: et posuit immaculata viam

14